



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus IX. De Dominica V. post Epiph. & Ferijs infra Hebdomadam V. post Epiphaniam occurrentibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

verò nominatim Superioribus tam Provincialibus quàm Localibus nostræ Societatis fit observandum juxta suum Institutum ac suas Constitutiones circa indicendas suis Subditis procurrentibus necessitatibus Orationes extraordinarias &c, habetur in eorum Regulis c. 2. in fin. &c. *libro*

Petes 3. An etiam pro necessitatibus privatis superaddi possint Orationibus à Missali præscriptis Orationes Votivæ, v. g. pro infirmis, & alijs? *q.* Extra Festa 1. mæ & 2. dæ Classis concedi id quidem à Bauldryo & alijs apud Andr. Piscara; rectè tamen addit uterque, melius & consultius esse abstinere ab hujusmodi Orationibus, ac strictè observare Rubricas Missalis, sicque per obedientiæ meritum, aut etiam magis feriam ejusmodi privatæ necessitatis sub *Memento* factam Commendationem, Votivas ejusmodi Commemorationes compensare.

Si in hac, aut sequentibus 2. Dominicis occurrat *Festum simplex*,

aut dies infra Octavam, fit de ijs Commemoratio modò in Dominica II. & III. declaratò.

Feria III. infra Hebdomad. IV. post Epiph. ponitur in Officio *Initium Epistolæ B. Pauli Apost. ad Colossenses*: & *Feria V. Initium Epistolæ I. ad Thessalonicens.* Sabbatò autem *Initium 2.* Quæ *Initia* (idem est de *Initio Epistolæ*, quæ dicitur in 1. Nocturno præced. Dominicæ) si die suo ob occurrens Festum habens proprias Lectiões in 1. mo Nocturno, poni non possint, ponuntur die alio non impedito, modò superius declaratò.

Ferijs infra hanc Hebdomadem currentibus, siquidem fiat *Officium de Feria*, resumitur *Missæ* Dominicæ proximè præcedentis (nisi fiat, aut facienda sit *Missæ de Requiem*, aut dicatur *Missæ Votivæ* &c.) cum Orationibus in ea assignatis, attamen sine *Cloria & Credo*, cum *Benedicamus Domino* in fine *Missæ*. *Col. Virid.* Vide dicta superius Tit. V.

## TITULUS IX.

De Dominica V. post Epiph. & Ferijs infra Hebdomadam V. post Epiphaniam currentibus.

Quæ suprà Tit. 7. de Dominica Epiph. currentibus, à me sunt tradita III. post Epiph. & Ferijs, ta, huic quoque Dominicæ, ac Ferijs infra Hebdomad. III. post Epiph. *occurr.*